Quelle: https://manuscripta.at/?ID=31265
Copyright: Stams, Zisterzienserkloster



· CCC· ix·

dona tue sic consequamur. P. Epistola. Justus cor suum
tradet adusilandum. CCClxxxvj. Gr. Domine
puenusti eum in bonis dulcedinis posuisti in capite eius coronam de lapide
pretioso. V. Vitam petit et tribuisti ei longitudinem dierum in sclm seculi.
Alla. V. Magnus ut gloria tua in salutari tuo gaudebimus cantabimus
Nil tem. Dns. Si quis vult me. Secundum matheum.
sequi deneget semetipsum et tollat crucem suam et sequatur me. Qui
enim voluerit animam suam saluam facere perdet eam. Qui autem
perdiderit animam suam propter me et euangelium saluam faciet eam. Quid
enim proderit homini si lucretur mundum totum et detrimentum faciat
anime sue. Aut quid dabit homo commutationis pro anima sua. Qui
enim me confessus fuerit et mea uerba in generatione ista adultera
et peccatrice et filius hominis confitebitur eum cum uenerit in gloria patris sui
cum angelis sanctis. Et dicebat illis. Amen dico uobis quia sunt
quidam de hic stantibus qui non gustabunt mor[illegible] donec
uideant regnum dei uenientem in uirtute. Off. Gloria
et honore coronasti eum dne et constituisti eum super opera manuum tuarum. Secreta.
Munera dne oblata sanctifica et intercedente beato nycomede martire tuo
nos per hec a peccatorum maculis emunda. P. Com. Si quis vult
uenire post me abneget semetipsum et tollat crucem suam et sequatur me.
Complete. Supplices te rogamus omnipotens deus ut quos tuis re
ficis sacramentis intercedente beato nycomede martire tuo tibi etiam
placatis moribus dignanter deseruire concedas. P. In natali
Clamauerunt sanctorum martyrum marcellini et petri martyrum
iusti et dns exaudiuit eos et ex omnibus tribulationibus eorum
liberauit eos. Judica domine nocentes. Gla. Deus qui nos
annua beatorum martyrum tuorum marcellini et petri sollempnitate letificas